



## Materiali di lavoro

### Rapporto padroni-servi

*E Exi ex aedibus! exi statim! cur non exis, serua mea?*

*ST [ex aedibus exit et in scaenam intrat] quid est, mi domine?*

*quid facis? quare me ex aedibus expellis? serua tua sum. Quare me uerberas, domine?*

*E Tace! te uerbero quod mala es, Staphyla.*

*ST Egone mala? cur mala sum? misera sum, sed non mala, domine, [secum cogitans] sed tu insanus es!*

*E Tace! exi statim abi etiam nunc... etiam nunc... ohe! [Euclio secum cogitat] perii! occidi! ut mala mea serua est! nam oculos in occipitio habet. Ut thesaurus meus me miserum semper uexat! ut thesaurus multas curas dat! [clamat iterum] mane istic! te moneo, Staphyla!*

### Pregiudizi sul matrimonio [Eunomia Megadōrum ex aedibus in scaenam ducit]

*M Optima femina, da mihi manum tuam.*

*E Quid dicis, mi frater? quis est optima? feminam enim optimam non uideo. Dic mihi*

*M Tu optima es, soror mea: te optimam habeo.*

*E Egone optima? tune me ita optimam habes?*

*M Ita dico.*


*E Ut tu me optimam habes feminam, ita ego te habeo fratrem optimum. Da igitur mihi operam.*

*M Opera mea tua est. lube, soror optima, et mone: ego audio. Quid uis? cur me ab aedibus ducis? dic mihi.*

*E Mi frater, nunc tibi dico. Uxōrem non habes.*

*M Ita est. Sed quid dicis?*

*E Si uxorem non habes, non habes liberos. Sed uxores uiros semper curant seruantque et pulchri liberi monumenta pulchra uirorum sunt. Cur uxorem domum non statim ducis?*



- M perii, occīdi! Tace, soror, Quid dicis? Quid uis? Ego dives sum; uxores uirum diuitem pauperem statim faciunt.*
- E Ut tu frater es optimum, ita ego femina sum optima, sororque optima tua. Te ita iubeo moneoque: duc domum uxorem!*
- M Sed quam in animo habes?*
- E Uxorem diuitem.*
- M Sed diues sum satis, et satis pecuniae aurique habeo. Praeterea uxores diuites domi nimis pecuniae aurique rogant. Non amo uxorum diuitem clamores, imperia, eburata uehicula, pallas, purpuram. Sed...*
- E Dic mihi, quaeso, quam uis uxorem?*
- M [sécum cogitat, tum...] puella uicina, Phaedra nòmine, filia Eucliōnis, satis pulchra est...*
- E Quam dicis? puellamne Eucliōnis? Ut tamen pulchra est, ita est pauper. Nam pater Phaedrae pecuniam habet nullam. Euclio tamen, quamquam senex est nec satis pecuniae aurique habet, non malus est.*
- M Si diuites uxores sunt dotemque magnam habent, post nuptias "stant fullo, phrygio, aurifex, lanarius, caupones, patagiarii, indusiarum, flammarii, violarii, carinarii, aut manulearii, aut myrobaptarii; propolae linteones, calceolarii, sedentarii sutores diabathrarii, solearii astant, astant molocinarii; strophiarum astant, astant semul sonarii. Iam hosce absolutos censeas: cedunt, petunt treceni, cum stant thylacistae in atriis, textores limbularum, arcularum. Ducuntur, datur aes. Iam absolutos censeas, cum incedunt infectores corcotarii, aut aliqua mala crux semper est, quae aliquid petat<sup>1</sup>."*
- Intolerabilis est sumptus uxorum, si dotem magnam habent. Sed si uxor dotem non habet, in potestate uiri est.*
- E Recte dicis, frater, cur non domum Euclionis adis?*
- M Adeo. Ecce, Euclionem nunc uideò. A foro redit*
- E Vale, mi frater. [exit e scaena soror Megadori]*
- M Et tu uale, soror mea.*

[Materiali tratti da Peter V. Jones - Keith C. Sidwell, Reading Latin - Oxford University Press] La grafia di u e v è unificata, il testo, tranne la parte tradotta in nota, è semplificato.

<sup>1</sup> Ti vedi schierati il tintore, il ricamatore, l'orefice, il lanaiolo. E poi tutta la schiera dei mercanti, i gallonari, i vestagliari, i colorari in rosso, in viola, in giallo scuro, i manicari, gli odorari, i mutandari, i calzolari, gli scarpari eterni sedentari, e i sandalari ti stanno addosso, e ti stanno addosso gli'impiastricciari. Ti rompono l'anima i tintori, i rammendatoti. E ti stanno addosso i pettorari, ti stanno addosso pure i bustari. E quando credi di averli liquidati tutti, ecco che ti si precipitano a reclamare il conto, a trecento per volta, come mendicanti che montano la guardia nell'atrio, i borsettari, gli stipettari. Li ricevi, gli saldi il conto, credi di aver soddisfatto tutti, ed ecco che ti si presentano gli zafferanari, qualche altro merdoso arnese che ti rompe i coglioni per i quattrini. [Trad. E. Paratore]